Q. F. F. S.

FLORA BELGICA.

QVAM
CONSENS. NOBIL. NEC NON EXPER. ORD. MED.
IN ILLUST. AD SALAM SVION. ATHENÆO,
SUB PRÆSIDIO
VIRI NOBILISSIMI ET EXPERIENTISSIMI
DN. DOCT. CAROLI
LINNÆI,
EQVITIS AURATI DE STELLA POLARI
S:Æ REG. M:TIS ARCHIATRI
MED. ET BOTAN. PROFESSORIS REG. ET ORD.
ACAD. UPS. HOLMIENS. PETROPOL. BEROL.
IMPERIAL. LONDIN. MONSPEL. TOLOS.
FLORENT. SOCIO.
AD PUBLICUM EXAMEN DEFERT
CHRISTIAN. FR. ROSENTHAL,
LINCOPIA O-GOTHUS.
IN AUDIT. CAROL. MAJ. DIE XV. OCTOBR.
ANNO MDCCLX. 1760
H. A. M. S.

UPSALIÆ.

A

MONSIEUR LE COMTE

AXEL FREDRIC CRONHIELM,

Major au Regiment d' Infanterie de Österbotn.

MONSIEUR,

Regardés, je VOUS suplie, d' un oeil gracieux, que j' ose mettre a vos pieds, le petit ouvrage Academique, que jai l' honneur de VOUS offrir. Ce sont des plantes donc il traite, et que la Nature les a fait naitre aux environs de Holland. La plûpart embelissent les prairies, dans notre chere patrie. C' est je l' avoue une liberté, assez grande, que je me prens; mais élle est toute pleine de Veneration. Elle ne se fonde que sur la bontè extraordinaire, dont il VOUS a plû me combler, depuis que la fortune,

m' a

m' a favorisé. En me confiant le soin d' une jeune plante heureusement issüe d' une si illustre maison, dont j' emprunte l' eclat de son illustre nom, pour en donner à ce petit recueil. Le gout, que VOUS avez pour les sciences, & sur tout la Botanique, semble m ên autoriser & par la quelle la Medicine a atteint au point d' admiration, ou elle est aujurdhui. Fasse le CIEL quil VOUS comble de tous les dons de la fortune, que peuveut jouir les heureux mortels. Le plus grand de mes desirs sera satisfait; je suis avec un profond respect,

MONSIEUR,

Votre très humble &
très obeissant serviteur,
CHRIST. FRED. ROSENTHAL.

Dem

Edlen und Groß-achtbaren Herrn

Herrn CONRAD THEODOR ROSENTHAL,

Wohlberühmtem Apotheckern zu Linkiöping.

Meinem Hochgeehrten und Lieben Vater.

Weder die Beyspiele der Geschichte, in welchen man siehet, daß die Dankbarkeit zu allen Zeiten und bey allen Völkern für eine grosse Tugend ist gehalten worden, noch die Exempel der Geschöpfe, die fast alle nach ihrer Art, ihre Erkäntlichkeit zu zeigen wissen, sondern eine, mit Ehrfurcht vermischte, Liebe treibet mich an, bey dieser Gelegenheit, mein dankbares Herz an den Tag zu legen, wenn ich, Ihnen, meinem Lieben Vater diese Blätter zueigne. Was ist wohl billiger, wenn meine erste Academische Probe in einer Abhandlung von Blumen bestehet, als daß ich, Ihnen, meinem Lieben Vater, die Blühte meiner Jugend-Früchten widme; denn Ihrer liebreichen Sorgfalt, Liebster Vater, habe ich zu danken, daß ich dieses ins Licht zu geben tüchtig geworden bin. Ihre immerwährende Gewogenheit ist das was ich mir ausbitte. Ihre zahlreiche und glückselige Tage ist das was mich immer erfreuen wird, und das ich unaufhörlich von Herzen wünsche. Ich verharre mit aller Ehrerbietung

Meines Hochgeehrten und Lieben Vaters

gehorsamster Sohn,
C. F. ROSENTHAL.

B. C. D.

§. I.

BELGIUM FOEDERATUM VII conſtat Provinciis: HOLLANDIA, ZELANDIA, ULTRAJECTINA, GELDRIA, TRANSISALANA, GRONINGIA, FRISIA: ceterum in meridionalem & ſeptentrionalem partem latius etjam dividitur. Limites habet, verſus *meridiem* Brabantiam; ab *oriente* Germaniam; a *ſeptentrione* mare Germanicum; ab *occidente* Oceanum ſeu fretum quod Angliam & Hollandiam dirimit.

§. II.

HOLLANDIA pars præcipua & maxima Belgii, ob ſitum depreſſum ita dicta eſt: Provincia hæc cum ipſo mari horizontaliter æqualem habet altitudinem, a quo disjungitur *Dunis* ſeu jugis arenariis (zeeduynen) a natura e maris arena conjectis, atque his deficientibus, ars *Aggeres*, qui lapidibus muniuntur, exſtruxit ad mare excludendum, totam alioquin inundaturum Provinciam. Sed quum imbres & a-

qua ab ipſo aëre defluens tanta facile copia congregari poſſet, ut ſolum hoc ſubpaludoſum inundaretur, in parva dividitur hæc terra jugera, quemadmodum agri noſtri *Lacunis* (*Slooteen*) diſtincta, in quas defluit aqua, quæ etjam pratis loco ſepimenti inſerviunt; inter has majores profundioresque paſſim ducuntur *Foſſæ* (*Weeteringen*), ceterarum quaſi matres, in quas minores aquam exonerant. Deinde magni *Canales* (*Bujtenwaters*) latitudinem amnis Upſalienſis æquantes, ab una ad alteram urbem, immo etjam multis aliis locis ſunt effoſſi, omnes in oceanum exeunt. Hi canales, imprimis qui navigantur, incredibili ſumtu ſæpius palis ſunt firmati, ut latera perpendicularia perſiſtant, & terra e canalibus ejecta, a lateribus vallis inſtar aggeſta eſt, ne aqua, quæ in his ipſum ſolum ſæpe ſuperat altitudine, defluat, quæ ab una parte pro via publica ſæpe complanata atque parata conſpicitur. Exiguæ ad foſſas *Molæ alatæ* ſunt exſtructæ, quarum alæ, minimo etjam vento circumvolvuntur: harum eſt negotium per *Cochleas Archimedis* aquam ex Foſſis in ipſos Canales evomere, quamque ſæpe tanta in copia canalibus ingerunt, ut in his aqua altius ipſa adjacente terra exſurgat. Ad oſtia canalium, ubi in mare egrediuntur, in aggeribus *Fores* ſeu valvulæ conſtructæ ſunt, quæ, ut defluat aqua, exiſtente maris defluxu aperiuntur, ſub refluxu autem occluduntur, ne mare intret terramque inundet.

Hæc igitur Provincia facile tota, ſi loca Germaniæ proxima excipias, ortum verſus & aquilonem,

nem, *Pratum* conſtituit *depreſſum* ac paludoſum, cujusmodi apud nos pratum eſt regium, ſi excipiantur Dunæ oceanum excludentes, vel interius aliquando obviæ.

§. III.

CLIMA convenit cum Scaniæ campeſtris; *Hiems* enim aquam in glaciem convertit, quæ per unum, vix alterum menſem tantum durat: humilis terræ ſitus finitimumque mare multos producit vapores, & humidum frigidumque cœlum, ſatis grave vernali, maxime vero tempore autumnali. Ab oceano interdum adſcendit, rarius licet, quædam *Nebula ſpiſſior (Zeevlaam)* quæ paſſim regionem obumbrat, & plantationibus inimica obambulat.

§. IV.

CIVES neque corpore, neque animo ſunt leves, ſed firmi atque graves, in novitates quasvis & hypotheſes non temere irruunt, nec novis irritantur inventis, ſed detecta ex indubiis ſolidisque principiis ad maximum faſtigium deducunt.

Regio quæ per ſe vix quidquam præter *lacticinia*, & quæ a re *pecuaria*, heic præcipue culta, derivantur, producit (*agri* enim tam humili terra inſtitui rarius poſſunt), omnibus tamen rebus abundat: ex Polonia *Frumentum*, *Ligna* ex Norvegia aliisque locis habet, omniaque eo facilius acquirit, quod pecuniis ſunt venalia, quarum heic maxima eſt abundantia, & cives optime nummati ideo æſtimantur. Multæ & egregie inſtructæ *Fabricæ* ſemper in Hollandia magnum obtinuerunt pretium:

Per *commercia* navigatio illud classi eorum robur addidit, ut cum regnis potentissimis Belgæ certent, ideoque regiones sibi majores extra, quam quæ intra Europam possidentur, compararunt: illis subjecta emporia seu *Coloniæ* sunt Africæ GUINEA & CAPUT B. SPEI; Indiæ JAVA, CEYLONA, MALABARIA, COROMANDIA, MALACCA, MOLUCCA &c.; Americæ SURINAMUM, CURACOÆ, BARBYSA, ubi plantatæ sunt Cacao, Saccharum &c. Plerorumque *Aromatum*, quæ in Europa importantur, sunt possessores, qualia sunt *Cinnamomum*, *Caryophylli*, *Nuces Myristicæ & Macis*, *Piper &c.* Situs illorum in medio Europæ maximæ florentis, propinquitas maris & percommodus trajectus, commodam valde reddunt *mercaturam.*

Libertatis semper fuerunt studiosi, quam etiam impense concorditerque defenderunt, optime gnari, quod *concordia res parvæ crescant*, hinc etiam quanta concedi unquam possit, libertatem in regione sua aliis permittunt, inque illos quadrat illud: Nec supplex turba timebat ora judicis sui, sed erant, sine crimine, tuti: Præter florentem *Religionem* Reformatam omnibus fere sectis libertatem permiserunt. Ædes sacras & synagogas Judæi, Romano-Catholici, Armeniani, Lutherani, Quakeri Memnonitæ, Mahometani &c. heic habent; dicere enim Belgæ solent, quod si a DEO in terra tolerentur, in Hollandia eos tolerari oporteat. Exteri illis objiciunt, quod in urbibus suis vastissimis *Fu-*

res

res minores & *lupariaria* ferant, ſed cauſſa prægnans ad hoc impellere videtur, nam per illos magis ſceleratos inhibent & capiunt; per hæc vero ab Indiis venientes nummatos & ſalaces nautas domant, qui fructum laborum ſuorum ſine gravioribus adulteriis & infanticidiis percipiunt. Gens luxu in veſtibus & epulis minus indulget, ſi excipias Theam & Coffeam, ſed ſplendidis *Palatiis*, comte ordinatis, optimeque purgatis, immo puriſſimis *lotisque* concamerationibus delectatur.

Nusquam majori commoditate *iter* conſtituitur, quam heic illorum *navigiis paluſtribus* (Trek Schuyten) quæ alternis fere horis Canales pertranſeunt, ab una ad alteram urbem equo promota, in quibus permulti homines, tecti velut vehiculo, a pluvia & aëre immunes, ſedere poſſunt.

Scientias maxima cum ſollicitudine ſemper coluerunt Belgæ, illuſtriſſimæ hinc ſunt ipſis Academiæ, ut LEIDENSIS, ULTRAJECTINA, HARDEROVICENSIS, GRONINGENSIS, FRANEQVERIANA, ad quas ſtudioſi ex *Germania*, *Anglia*, *Gallia*, *Italia*, *Rutheno*, *Svecia*, *Dania* &c. affluunt: Doctiſſimos quoque viros, ſæpe ab exteris, *Profeſſores* elegerunt, ut emulationem excitarent, eaque Academias redderent illuſtriores.

§. V.

Provincia per ſe ſimpliciſſima, multorum tamen opibus & ingeniis omnium amæniſſima facta eſt, non tantum per urbes magnificas *Amſtelodamum*, *Roterodamum*, *Leydam*, *Delphiam*, *Ultra-*

jectum, Middelburgum, Hagam &c. ſed etiam per paſcua præſtantiſſima, cum per *Prædia* egregiis palatiis hortisque ornata, imprimis utrinque ad Canales ſita, quæ inter ſe ſplendore, amœnitate & ordine certant, ut peregrinus hic primum adveniens omnemque hanc magnificentiam videns, non poſſit non in ſummam rapi admirationem.

§. VI.

CULTURA effecit, ut vix ullus locus maneat incultus, exceptis tantum quibusdam arenariis ſicciſſimis Dunis, Elymo arenario & Arundine arenaria *(helm,)* tantum luxuriantibus, ſed in his *Cuniculorum* tanta reperitur copia, ut cum lucro elocentur: Ad dunas tamen plantationes variæ *plantarum officinalium* ſunt inſtitutæ, quæ inde per totam fere Europam vendi ſolent: Nonnulla hinc inde *Saliceta* ad corbes plantata conſpiciuntur, præter Arbores ad ambulacra & juxta villas hortosque conſitas: Gens pulcerrimis floribus præ reliquis delectatur, ideo præcipue juxta Harlemum plurima atque optima plantarum bulboſarum cultura floret, quæ ibi in terra arenoſa feliciſſime luxuriant, per totam fere poſtmodum Europam vendenda: Studium ornatus cujuscunque in hoc populo effecit, ut ad ſuum fere quisque ædificium floribus conſpicuum habet *hortulum*, opulentiores vero maximos & ſplendidiſſimos adornarunt *Hortos*, arboribus, ambulacris, angiportibus, piſcinis, ſtatuis, topiariis conſpicuos &c. in quos plurimi rariorum plantarum exoticarum copiam introduxerunt,

ut

ut cum prætiocissimis hortis Academicis certent: Ex his memoriæ jam occurrunt CASP. FAGELII, pensionarii ordinum Hollandiæ, hortus Leuwenhorstii, quem vel oculis usurpasse gloriabatur *Tournefortius*. SIMON. BEAUMONTII, Secretarii statuum Hollandiæ, hortus Hagæcomitum a *Kiggelario* descriptus. HIERON. BEVERNINKII hortus Wardemondensis, ex quo *Breynius* in priori suo prodromo, rarissimas suas collegit plantas; ut GEORG. CLIFFORTII hortum Hartecampensem, vere regium, reticeam, in quo Nob. Dn. PRÆSES per triennium occupatus, felicissime Botanicen reformavit. Prætermittam hortos ACADEMICOS elegantissimos hic instructos, inter quos hortus *Leydensis*, qui copia plantarum semper cum Europeis omnibus certavit; *Amstelodamensis*, etiam ob numerosissimas plantas Indicas, easque magnas & rariores, inter præstantissimos semper relatus; *Ultrajectinus*, non quidem amplus, sed amœnus, tamen plantarum rarissimarum admodum locuples, ut de horto *Harderovicensi* & *Hagensi* aliisque nihil dicam.

Quod itaque in naturæ productis deficit huic regioni, id omne ingenium, ars, diligentia & impensæ abunde implerunt.

§. VII.

FLORA BELGICA, ut ceteræ omnes, plantas alias alere nequit, quam quibus stationes adoptatas & sola natalia dedit natura.

Prata paludosa (Wæterland) plerasque absolvunt,

vunt, in quibus præter plantas Europæ communissimas, præcipue in humidis & inter arundines inveniuntur *Sonchus palustris*, *Epilobium hirsutum*, *Althæa officinalis*, *Gentiana pneumonanthe*, *Lythrum hyssopifolia*, *Gratiola officinalis*, & in aridioribus *Salvia verbenaca*, *Cerastium arvense & vulgatum* & copiosissime *Bellis perennis*.

§. VIII.

CANALES majores, lenem vehentes aquam, *Nymphæas; Potamogetones; Polygonum amphibium; Sagittariam; Myriophyllum; Menyanthem Nymphoidem; Ranunculum Linguam, hederaceum, aquatilemque* habent; juxta illarum latera *Cyperus fuscus*, ac *Iris fœtidissima*, & in stagminis *Trapa* interdum floret.

DUNÆ arenosæ siccæ & steriles, quæ oceanum a terra distingvunt (ut intra Harlemum & Leydam &c. juxta Katvyck & Noordvyck), præter proprias *Arundinem Elymumque arenarium* varias passim ostendunt plantas, ut sunt *Asparagus*, *Euphorbiæ paralias*, *Sanguiasorba*, *Spartium scoparium Senecio Jacobæa* & in locis depressioribus *Primula elatior*.

LITTORIBUS maritimis crescunt *Eryngium maritimum*, *Atriplex portulacoides*, *Convolvulus Soldanella*, *Sedum Cepæa*, *Crithmum maritimum*.

SYLVÆ vix ullæ in Hollandia stricte nominata, nisi quod arbores quædam passim in elevatis arenariis una crescunt, ut *Populus nigra*, *Quercus*, *Alnus*, *Betula*, *Ulmus &c.* Ejusmodi sunt *Sylvæ*

væ Hagensis (Haagse Bosch) Sylvæ Harlemensis (Harlemmer bout) quæ *Ornitogalum umbellatum, Fumariam claviculatam; Sylvæ Alcmariensis (Alcmaers bout)* &c. producunt.

SALICETA quæ sunt studio plantata, sæpe *Tussilaginem hybridam* copiose proferunt.

AGRI heic vix occurrunt, antequam Ultrajectum & ad Geldriam superiorem fuerit perventum, nisi passim juxta Dunas.

Rupes, Nemora, Arva, Fluvii rapidi, Alpes, Montes, cretacei cumuli heic nulli, unde etjam tot plantæ, quæ in illis solummodo vivunt, hic non occurrunt.

§. IX.

RARIORES plantæ sunt *Lysimachia punctata*, ad lacum Harlemensem; at *Senecio Jacobæa absque radio* (quæ *Senecio Jacobææ folio. Morison hist. II. p. 309*), *Hyoseris minima* & *Hypocheris radicata* frequentes sunt; in subcultis passim *Glecoma belgica* se sistit.

Leuconymphæa minor Boerh. quæ juxta Muydam & Naarden crescere perhibetur & *Micronymphæa Boerhavii*, a Nob. Dn. Præside non lectæ fuere.

HARDEROVICI *Clematis Vitalba, Saxifraga hypnoides, Erica arborea* & *multiflora, Ornithopus pusillus.*

ULTRAJECTI *Erica cinerea, Genista germanica, Aristolochia clematitis, Illecebrum verticillatum, Scopendrium.*

TEXELIS *Smyrnium Olusatrum.*

VLIELANDIÆ *Cistus guttatus*, a Breynio inventus.

OVERWEEN *Gentiana cruciata.*

CAMPEN, urbs Transisalaniæ, *Anthyllis valentina*, *Euphorbia cyparissias*, *Centaurea Calcitrapa.*

HARTECAMPI *Teucrium Scorodonia.*

BREDERODÆ *Arum maculatum.*

VELSEN *Bunium Bulbo-Castanum.*

MUYDENBERG *Eryngium campestre*, *Genista anglica.*

HARLEMI in muris *Antirrhinum Cymbalaria* & in ruderatis *Parietaria offinalis.*

ZEELANDIÆ *Crithmum maritimum*, *Convolvulus Soldanella*, *Atriplex portulacoides.*

OFFICINALES plantæ heic sponte provenientes variæ sunt, ut *Gratiola*, *Althæa*, *Soldanella*, *Arum*, *Asarum*, &c. *Hedera* rusticorum parietes ac ædificia sæpe contegit.

Asparagus vix ullibi in Europa præstantior majorque, quam juxta Harlemum viget.

Equisetum prope Ultrajectum copiose crescit, & cum Boves ex Frisia, illo non adsvetæ, Ultrajectum veniunt & illud commedunt, marcescunt inde & tanquam lento veneno pereunt, teste *Bidlo.*

§. X.

Plantæ in Belgio non possunt non sollicite esse investigatæ, in regione ubi tot Botanici præstantissimi floruerunt & terram perquisiverunt, præcipue vero a Botanicis Professoribus Academiæ Leydensis, qui semper operam dederunt, ut hortum Leydensem

denſem plurimis, quantum fieri potuit, plantis augerent, ut *Clutius*, *Pavius*, *Vorſtii*, *Syenus*, *Hermannus*, *Boerhaavius*, *Royenii*, ut taceamus *Muntingios*, *Kiggelarium*, *Hartogium*, *Weſterbergum*, *Wachendorſium*, *Breynium*, *Moehringium*, *Præſidem*, & ad huc florentes *Gronovium* conſulem Leydenſem; *Royenos*, Profeſſ. Botanices Leydenſes; *Burmannum* Prof. Botan. Amſtelodamenſem; *Hahnium* Profeſſ. Botan. Ultrajectinum; duo tamen mihi ſunt imprimis Auctores, quibus præcipue fuit ſcopus, ut exercitum Floræ Belgicæ inſtruerent, nempe *Commelinus* & *Gorterus*.

COMMELINUS *Joh.* Senator olim urbis Amſtelodamenſis & præfectus horti Botanici, cujus *Catalogus plantarum indigenarum Hollandiæ. Leydæ 1709. duodecimo*, plantas 776 continet, ordine alphabetico diſpoſitas, cum *Caſp. Bauhini* inprimis & antiquiorum ſynonymis, locisque natalibus.

GORTER *David* antea Profeſſor Harderovicenſis, hodie Archiater imperatricis Ruthenicæ nobiliſſimus, cujus *Flora Gelro-Zutphanica Harderov. 1745, octavo*, plantas 604 continet, quibus addita *Appendix. Harderov. 1757 octavo*, plantis 80 adaucta, valde compendioſe & diſtincte methodo Nob. Dn. Præſidis, ſecundum genuina genera & cum propriis differentiis, nominibus indigenis & locis natalibus adornata.

Hos duos, ut Auctores & duces principes, ſum ſecutus, nomina eorum in *Trivialia* reduxi, & pro ſynonymis numeros ipſorum plantis adjeci,

quorum *prior* COMMELINI, *posterior* GORTERI Floram respicit; paucas ex horto *Boerhaavii Lugduno Batavo*, signo † apud illum notatas, & non nullas ex *horto Cliffortiano* addidi.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

Salicornia europæa herb. 394, 605
- - fruticos.
Hippuris vulgaris 200, 1

DIGYNIA.

Callitriche verna 711, 2

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

Ligustrum vulgare 429, 3
Circæa lutetiana 700, 4
Veronica longifolia - - 5
spicata - - 6
officinalis 755, 7
Beccabunga - - 9
Anagallis 44, 606
scutellata 43
serpyllifolia - - 8
chamædrys 142, 10
agrestis 23, 12
arvensis 31, 13
hederifolia 22, 11
triphylla - - 14
Gratiola *officinalis* 356
Pinguicula vulgaris 607
Verbena officinalis 154, 15
Salvia pratensis - - 17
verbenaca - - 18
Lycopus europæus 463, 16

DIGYNIA.

Anthoxanth. odoratum - - 608

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

Valeriana officinalis 748, 19
dioica 749, 20
Locusta 750, 21
Iris pseudAcorus 9, 22
fœtidissima 275
Schœnus Mariscus 187
nigricans - - 23
Cyperus *fuscus* 331, 25
Scirpus palustris - - 27
cæspitosus? 320
lacustris - - 26
sylvaticus 332, 24
maritimus 186
Eriophorum polystachion 307, 28
Nardus stricta - - 29

DIGYNIA.

Panicum *glaucum* 348
sanguinale 339, 36
crus galli 346, 33
Phalaris *canariensis* 566
phleoides 304, 609
arundinacea 333, 2, 57
298

Phleum

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

DIGYNIA.

TETRAGYNIA.

 serra-

Eryngium

inflexus

PENTA-

PENTAGYNIA.

Cotyledon	*umbilicus*	B.
Sedum	Telephium	717, 266
	rupestre	267
	acre	285, 268
	album	283, 269
	Cepæa	139
Oxalis	Acetosella	737, 264
	corniculata	- - 265
Agrostemma	Githago	444, 262
Lychnis	Flos cuculi	133, 263
	dioica	445, 249
Cerastium	vulgatum	128, 259
	viscosum	30, 260
	arvense	29, 261
	aquaticum	25
Spergula	arvensis	34, 257
	nodosa	35, 258

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

Asarum	europæum	68
Lythrum	Salicaria	456, 270
	Hyssopifolia	- - 271
Portulaca	*oleracea*	600, 308

DIGYNIA.

Agrimonia	Eupatoria	219, 272

TRIGYNIA.

Reseda	Luteola	443, 309
	vulgaris	639, 310
Euphorbia	*Peplis*	559, 303
	Chamæsyce	B.
	Peplis	B.
	helioscopia	728, 302
	platyphyllos	B.
	exigua	727, 304
	Paralias	726, 306
	Cypariss.	725, 624: 305
	palustris	724, 307

POLYGYNIA.

Semperviv.	tectorum	682, 273

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

Prunus	spinosa	611, 274
	Padus	- - 277

DIGYNIA.

Cratægus	Oxyacantha	479, 278

TRIGYNIA.

Sorbus	aucuparia	706, 279

PENTAGYNIA.

Pyrus	Malus	460, 281
	communis	614, 282
Spiræa	Ulmaria	81, 284
	Filipendula	B.

POLYGYNIA.

Rosa	sylvestris	- - 285
	spinosissima	646
	eglanteria	647
Rubus	fruticosus	650, 286
	cæsius	- - 287
	idæus	651, 288
Fragaria	vesca	232, 289
Potentilla	reptans	617, 291
	argentea	- - 292
	supina	618
	Anserina	610, 290
Tormentilla	erecta	279, 293
Geum	urbanum	127, 295
Comarum	palustre	619, 294

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

Chelidonium	majus	147, 300
Papaver	Rhœas	551, 299
	Argemon.	- - 623
Nymphæa	lutea	525, 296
	alba	526, 297
Tilia	europæa	722, 301
Ciſtus	*guttatus*	160

TRIGYNIA.

Delphinium	Conſolida	164, 311

PENTAGYNIA.

Aquilegia	vulgaris	61, 312

HEXAGYNIA.

Stratiotes	Aloides	21, 313

POLYGYNIA.

Clematis	*Vitalba*	- - 315
Anemone	nemoroſa	47, 314
	ranuncul.	636
Thalictrum	flavum	718, 316
	minus	- - 625
Adonis	*annua*	B.
Ranunculus	Flammula	625, 317
	Lingua	624, 318
	Ficaria	148, 319
	bulboſus	622, 322
	acris	620, 324
	repens	621, 323
	ſceleratus	626, 320
	arvenſis	623, 321
	parviflorus	B.
	hederaceus	629, 325
	aquatilis	485, 326
		486
Caltha	paluſtris	114, 329

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

Teucrium	*Chamæpithys*	143
	Chamædrys	142
	Scordium	676
	Scorodonia	677, 331
Ajuga	*reptans*	165, 330
Nepeta	Cataria	475, 340
Betonica	hirta	690
Mentha	*ſpicata*	474, 341
	aquatica	472, 342
	arvenſis	473, 343
	Pulegium	- - 344
Glechoma	hederacea	364, 338
	arvenſis	
Lamium	album	411, 347
	purpureum	400, 346
	amplexicaule	403, 345
Galeopſis	Tetrahit	773, 348
	Ladanum	772, 349
	Galeobdolon	- - 354
Stachys	ſylvatica	- - 350
	paluſtris	- - 351
Ballota	nigra	464, 352
	alba	B.
Marrubium	vulgare	465, 353
Leonurus	Cardiaca	462, 355
Origanum	vulgare	- - 335
Thymus	Serpyllum	688, 332
	Acinos	- - 333
Meliſſa	Nepeta	113, 337
Scutellaria	galericulata	457, 357
Prunella	vulgaris	98, 99, 356

ANGIO-

DIA-

DIADELPHIA.

HEXANDRIA.

OCTANDRIA.

DECANDRIA.

POLYADELPHIA.

POLYANDRIA.

SYNGENESIA.

POLYG. ÆQVALIS.

Onopor-

TRIAN-